

## Band II., Nr. 392, Seite 159-160

*Abt Heinrich von Sinsheim verkauft dem Kloster Herrenalb sein Gut in Dietenhausen mit dazu gehörigen Rechten.*

Ohne Ortsangabe, 1170. März 1.

Quamvis dissimilis sibi semper iste mundus dissimilibus sui temporum vicibus dissimiles semper afferat rerum eventas, ne quid infra se diu sit unius tenoris et status, precipue tamen causis de duabus scriptis commendare studemus, quicquid in futurum memoriter observari volumus. Quarum hæc est una, ne scilicet preteriti nescia nostri sit cordis conscientia. Quiescit enim memoria, sui tunc prorsus virtute sopita. Est et alia ratio, quare firma pacti conditio scripto fortius solidetur inditio, ne forte, tempore perantiquato priori facto sinistra se partis obiciat iniqua contradictio. Obstruit enim os loquentium mendacium, ne veritati faciat preiudicium, cum defertur in medium signatum literis ipsius veritatis mendacium, nec diu stare potest in gloria falsum iudicium, procedit veritas et prosternit mendacium. Hac o[c]casione duplicis causæ scripta firmamus attestacione quicquid longa temporis posteritate sui teneri volumus observatione, ne vel recedant a memoria commissa sibi prius consilia firma ratione stabilita, vel ne contradictio falsa mutet prioris pacti decreta. Quod enim furtive tollit oblivio, scripta rei prodit contestatio. Hac nimirum ratione ego Henricus, abbas in Sunnensheîm, cum ceteris eiusdem cenobii fratibus brevis huius attestacione litere scripsimus hoc elogium omni posteritati nostræ, ut offerat semper legentium memorie, quam rationabili dispensacione fratrum et omnium consensu predium nostrum in Dietenhusen, adductis hinc et hinc testibus, fratribus et amicis nostris in Alba vendidimus. Ad hoc protestandum in omne temporis evum depositum apud nos habemus id ipsum cyrographum, ut non solum presentibus, set et succedentibus in futurum certum sit eiusdem veritatis indicium. Si forte quempiam nostri fraudaverit oblivio facti, momorem hunc prioris pacti faciat huius attestacio scripti. Fratres enim de Alba, sive cultores predii prescripti uti debent silvis, pascuis aliisque almendis, libertatibus et utilitatibus cunctis, quemadmodum ceteri de Elmendingen et de Netingen parrochiales.

Acta sunt hec anno domini MCLXX., kalendis Marcii.

---

Nach einer der beiden Originalausfertigungen im GLA Karlsruhe.

## II

An der hier zugrunde gelegten Ausfertigung hängt an einem Pergamentstreifen das runde, etwas schadhafte Siegel des Abts auf gewöhnlichem Wachs mit der Umschrift: + HEINRIC . . . . SVNNESHEIM. ABBAS. An der anderen, kaum in einem oder zwei Buchstaben von dieser abweichenden Ausfertigung hängt ebenfalls an einem Pergamentbändchen merkwürdigerweise ein länglich rundes Wachssiegel mit der Umschrift: S. BERINGERI ABBATIS IN SVNNISHEIM.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 489 K U 1018 und U 1019

**Überlieferung und Textkritik:**

2 Original-Ausfertigungen, 1999 abgegeben vom GLA Karlsruhe. Papierabschrift war im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 139, S. 391-392.

**Editionen:**

Dümgé: Regesta Badensia, S. 144, Nr. 96.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bad Herrenalb Wohnplatz (6828)

Bad Herrenalb, CW

Dietenhausen Wohnplatz (7123)

Dietenhausen, Keltern, PF

Ellmendingen Wohnplatz (7125)

Ellmendingen, Keltern, PF

Nöttingen Wohnplatz (7139)

Nöttingen, Remchingen, PF

Sinsheim Wohnplatz (6553)

Sinsheim, HD